



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Restitutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

quæstuandi Abbati, & Hospitali sancti Antonii Viennensis, & ejus membris juxta tenorem *dist. c. ult. sess. 21.* quia eam revocavit Pius V. *Bulla sua 30. fol. 969.* Sacra verò Congreg. *declarat. 217.* circa hoc ita dilponit: *Pravi eleemosynarum quæstores debent prohiberi, non autem illi, qui eleemosynas collectas in pios usus erogant. & declarat. 388.* concedit posse dari licentiam petendi eleemosynas, cum his circumstantiis. *Prima, ut sint persona bona existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum eleemosynarum. Tertia, ne habeant ullo modo nomen Quæstoris. Quarta, nullas indulgentias divulgent, nec concionentur. Quinta, nec sua privilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta, nec imprecationibus, aut minis eleemosynas ab hominibus exprimant, aut extorqueant, nec campanas, aliave instrumenta deferant. Septima, nec quocquam, tanquam debitum, aut usitatum petant. Octava, nec ullo artificio, aut specie commemoranda orationis alicujus Sancti, aut alio perverso more utantur. Nona, sed simpliciter ac modestè eleemosynas petant, easque in pii loci utilitatem transportent, & idem Rescriptum servandum esse in colligendis eleemosynis pro societate Rosarii, *declar. 459.* vide *Clem. 2. de pœn. & remiss. & Abb. in c. cum ex eo, n. 1. eod. tit.**

An regulares possint petere eleemosynas absque licentia ordinarii? & videtur, quòd sic, per Bullam Pii V. *qua est 38. fol. 982. Claus. 15.* sed hanc revocavit Gregor. XIII. *Bulla sua 15.* eamque reduxit ad terminos juris communis; & sic videtur, quòd non possint petere eas

sine prædicta licentia, & ita dict. sac. Congreg. censuit de societate Rosarii, prout *suprà* multos abusus, pœnas, & actiones narrat, & reformat *Clem. 2. de pœn. & remiss.* vide etiam Navar. *tract. de l. ubil. & Indulg. notab. 31. num. 46. & conf. 17. & 33. de pœn. & remiss. & Bull. Clem. VII. qua est 34. & incipit. Quoniam.*

QUARTA.

Primò, vide multa in *ver. legatum, §. 3.* Secundò, quarta Episcopalis non debetur de missis legatis, nec de relictis ad perpetuum cultum, *Capyc. decif. 22.* ubi habes multa de hac materia pro praxi, & *Concil. Triden. sess. 25. c. 13. de reform.*

REPRÆSENTATIONES SEU RECITATIONES.

Repræsentationes Passionis Domini nostri Jesu Christi, vel Martyrum, sive Sanctorum quorumcunque, cum potius scandalo, quàm pietati soleant esse populo Christiano, optimo consilio à nonnullis *Concil. provincialibus* tolluntur è medio, *Concil. provin. Cusent. sess. 1. de sac. action. Concil. provin. Neap. c. 6.* ubi dicit, nisi de licentia Episcopi, & hoc nec in sacro, nec in profano loco, quod etiam abnuat sac. *Concilium Triden. sess. 25. c. de invocat. & venerat. Sanct. §. illud verò.*

RESTITUTIO.

Restitutio malè ablatorum quomodo fiat, vide *Bald. in Mar. Innoc. in ver.*

ver. testator. Episcopus competit restitutio malè ablatorum, prout *superius in ver. Episcopus. §. 19.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Primò, an detur in læsione enormi, vel modica; vide *in ver. Ecclesia, in ver. emptio, & in ver. ignorans seu idiota, & Covar. libro 1. cap. 3. var. resol.*

Secundò, restitutionis in integrum beneficium, & illius tempus, est iudici arbitratium, *Afflict. decis. 24. num. 2.*

Tertiò, Ecclesia adversus laicum petit restitutionem in integrum coram iudice laico, secundum communem opinionem, *Covar. libro 1. cap. 4. numero 2. var. resol.*

Quartò, restitutio in integrum adversum rem iudicatam, concedi debet, quando ex noviter deductis, constat de honore, *Caputaq. dec. 94. par. 3.*

Quintò, restitutio in integrum datur post præscriptionem per quadrienniū & octenniū *Eccl. c. 1. §. 2. de in integr. rest. lib. 6. & ibi Gemin. & post trigessimū, Covar. libro 1. cap. 3. numero 12. ver. 7. sed ut rem, var. resol. & in læsione etiam post centum annos, Gom. in cap. 2. numero 51. notab. 7. de constit. libro 6. ex Bal. in l. falsam, C. si ex factō testatoris.*

RES C R I P T U M.

Primò, Rescriptum impetratum à procuratore excommunicato, an sit validum? vide *cap. 1. & ibi gloss. in ver. alio ubi dicitur quod non, & ibi Gom. nu. 34. & infra, tenet affirmativè in casibus,*

quibus potest per se ipsum, & intellige de excommunicato, juxta *Bul. Martini V. Concil. Constant. de rescripto impetrato à procuratore revocato, vide cap. ex parte, il. 3. de rescript.*

Secundò, ista exceptio, an, & quando debeat opponi, vide *Marant. 6. par. memb. 3. numero 5. Gom. in quæst. 44. de annal. poss. & in dict. cap. numero 6. & c. 1. de except. libro 6.*

Tertiò, an brevia nostri temporis, quæ passim expediuntur ab Urbe, veniant appellatione rescripti? *Gom. post disputationem includit, quod sic, tract. de brev. numero 7. & deservit pro intelligentia Bullæ Dominice contra falsificantes literas Apost. Navar. cap. 27. numero 62.*

Quartò, in rescriptis semper intelligitur illa clausula: Si preces veritate nitantur, *cap. ex parte, il. primo, eod. tit. Staph. de lit. grat. fol. 309. numero 2. & hoc non solum in literis Papæ, sed Regis etiam, Iser. in tit. de probib. feud. in cap. quoniam inter dominum, numero 6. etiam si non opponatur ista clausula, Inn. in Summario. n. 2. in dict. c. ex parte.*

Quintò, rescriptum alternativum sufficit, quod in uno verificetur, *c. inter, eod. tit. & sic si in rescripto ponatur unum verum, & alterum falsum, sufficit si probetur verum, si ex illo possit consequi effectus, decis. Rot. 7. de. resc. in noviss. Gloss. in dict. cap. ex parte, in ver. perpetuo, Staph. loco citato in 6. form. num. 5.*

Sextò, rescriptum quando dicatur subreptitium, vel obreptitium, vide *text. & ibi Doct. cap. super literis, eod. tit. & an subreptio facti, vel juris vitiet rescriptum, vide Gom. in sap. 1. art. 56. & deinceps;*

D d d eodemo